



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Heth. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. Thr. 1.
v. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



DISCVRSVS XV.

Heth.

Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. *Thren. i. v. 8.*

DE ECCLESIA.

Fideles deplorat Ecclesia, qui instabiles, semper magis de primæva Ecclesia fervore recedunt.

II.

Stabilitum credebatur à Deo sceptrum Juda, & in ævum Israëlítico populo dominatura sperabatur regia Davidis sedes in Jerusalem, sed quoniam peccatū peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est, dum urbe regia per Chaldæos solo æquatā, ipsa etiam Synagoga suo loco mota, in Babylonem captiva abducta est. Quod in sensu allegorico de Ecclesia intelligit Doctor Seraphicus: Ecclesia (inquit) peccavit, propterea instabilis facta est, & à principio Orientis in sinem Occidentis transiit,

mobilis quidem loco, immobilis autem, & stabilis in fide, uti in Concione secunda de SS. Apostolis Petro, & Paulo remonstratum est. Hoc enim Ecclesie suæ Vicario, omnibusque ejus legitimis successoribus privilegium concessit Dei Filius, ut non deficiat Fides tua. Licet autem Ecclesia cum capite suo visibili semper in fide stabilis permansura, nec unico puncto unquam defecerit, vel deficere possit, nihilominus contra ipsius membra acriter conqueritur Christus, quod licet fideles non in fide, at tamen in aliis virtutibus,

Luc. 22. 32.

Ecclesia
semper in
fide stabit

Luc.

Q. 2.

tutibus,

S. Bonav.
in Thren.
hic.

tutibus, & profectu spirituali, valde sint instabiles, deficientes de primo charitatis zelo ac fervore, & de die quasi in diem à præcellâ primævæ Ecclesiæ sanctitate, & virtutum culmine longius recedentes.

11. Vidarat in somnis præpotens

Chaldæorum Monarcha statuam

magnam, & staturâ sublimem,

cujus caput erat ex auro optimo

pectus & brachia ex argento,

porro venter, & femora ex are:

tibiæ autem ferreæ, pedum

quædam pars erat ferrea, quæ-

dam autem fictilis, abscissus au-

tem de monte lapis sine manibus

percussit statuam in pedibus e-

jus ferreis & fictilibus & com-

minuit eos. Ad literam ex om-

nium expositorum consensu

hæc statuâ quatuor mundi Mo-

narchiæ fuerunt adumbratæ, in-

ter quas Chaldaica sub magno

Nabuchodonosore erat aurea,

Perfica verò argentea, Græca

ænea, & demum Romana fer-

rea tanquam omnium aliorum

domitrix; nam quomodo fer-

rum comminuit, & domat om-

nia, sic & Monarchia Romana

omnes reliquas comminuit, &

contrivit, quòd autem hæc ipsa

partem infimam pedum non ha-

beret purè ferream, sed partim

etiam fictilem, significat hanc

Monarchiam Romanam, primò

solidam, & indomabilem instar

ferri, dividendam & scinden-

dam fore protractu temporis, atque aded à ferrea sua soliditate in fictilem pene fragilitatem, declinaturam. Quòd ipsa docuit experientia & temporum successus, nam Monarchia Romana post Augusti decessum factionibus conscissa, & demum in Orientale, & Occidentale Imperium divisa, de sæculo in sæculum minui, ac debilitari, & contrito à Mahumetana potentia Orientali imperio, ipsum Occidentale vix fictilibus pedibus subsistere cœpit. Aded aurea illa sæcula, non tantum in ferrea, sed pene in lutea degenerarunt, dum ita Romanum Imperium fragile, & in partes conscissum est, ut regna, & principatus, tanquam testæ dissipatæ hinc inde ab hostibus non tam infidelibus & extraneis, quàm ipsis fidelibus, & domesticis conterantur. Nec injustè hoc patitur Monarchia Romana, nam quia peccatum peccavit, & peccans peccavit, propterea instabilis facta est.

Moraliter autem idem de fidelium suorum multitudine conqueritur Ecclesia, quòd scilicet eorum sanctitas, & bonitas, ac splendor virtutum, quò in primitiva Ecclesia resplendebant, deficiendo deficiat. Coruscabat tunc in ea aurum optimum & ignitum charitatis, dum quivis amore Dei accen-

Statua
Nabucho
donosoris.

Quatuor
Monar-
chia.

Romana
Monar-
chia fer-
rea.

Nunc lu-
tea.

Fidelium
multitu-
diem
auream.

accensus, primus sanguinem su-
um pro fide profundere concer-
tabat, aureolæ Martyrij conse-
quenda avidus. Sedatâ pau-
latim persecutione, quietem si-
mul ac comoditatē captare cœ-
pēre Christiani, divitiis inhian-
tes, & honoribus, ita, ut paucos
veros servos Dei, ac Confesso-
res & Virgines liceret numera-
re, quæ in argenteo Ecclesiæ
pectore essent argentum igne
examinatum, probatum terræ,
purgatum septuplum: jam enim
ab argentea puritate, & animo
à terrenis purgato, & probato
ad æreum statum defecerant pas-
sim fideles, vix aliud nisi tinni-
ens Christianorum nomen reso-
nans: facti scilicet, sicut æs so-
nans, aut cymbalum tinniens. Et
nostra quidem in ferrum jam
demigrarunt sæcula, in quo ra-
rò aurei, & argentei compa-
rent Christiani, ut meritò cum
S. Bonifacio dici queat, aureos
olim fuisse Sacerdotes, & cali-
ces ligneos, nunc autem calices
aureos, at ligneos sacerdotes &
fideles.

III.

Tantus erat in aula Salomo-
nis regia splendor, & auri co-
pia, ut sacræ literæ restentur,
quòd, omnia vasa, de quibus porabat
Rex Salomon, erant aurea, & uni-
versa supellex domus saltus Libani de
auro purissimo; non erat argentum,
nec alicujus pretii putabatur in diebus
Salomonis. In primitiva Eccles. ita

auro purissimo & ignito chari-
tatis in Deum abundabat, &
tanta erat SS. Martyrum copia,
ut argentum Confessorum, ac
Virginum non martyrum, vix
alicujus pretij putaretur. Sed
cœpit posthac argentum hoc
purum in pretio haberi, cum
passim jam argentum cum ære
sonante, & strepitante litera-
torum sono fuisset commuta-
tum. Narrat Regum historia,
in quinto anno Regni Roboam ascen-
disse Sesac regem Egypti in Jerusa-
lem, & direpro thesauro domus Do-
mini, & regio, abstulisse etiam scuta
aurea, quæ fecerat Salomon, pro
quibus fecit rex Roboam scuta ærea,
& tradidit ea in manum ducum scu-
tatorum, & eorum, qui excuba-
bant ante ostium domus regis.

Allegoricè (ait glossa moralis)
per Jerusalem intelligitur Ecclesia
militans; per regem Egypti, quæ in-
terpretatur tenebra, diabolus; Ipse
verò ascendit contra Ecclesiam mili-
tantem, & in magna parte abstulit
thesauros domus Domini, id est, me-
rita Prælatorum, Clericorum, &
Religiosorum, & thesauros regios, id
est, merita principum, per tyranni-
dem ipsorum. Per Roboam autem
(qui & latitudo populi interpretatur)
Theologi ostentatores sui signantur,
qui magis famam suam, quam utili-
tatem doctrinæ suæ dilatare nituntur,
& isti pro scutis aureis, faciunt ærea;
nam dimissis veritatibus Theologicis,
docent & student Philosophica, & Lo-
gicalia

Q 3

Successive
recedit in
luteam.

1. Corint.
13. v. 1.

3. Reg.
10. v. 21.

Auri co-
pia tempo-
re Salo-
monis.

3. Regi
14. v. 25.

Olim scuta
ta Eccles
sæ crant
aurea.

Nunc ve-
rò ærea.

gicalia & sic possunt dicere, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. hæc glossa.

IV. Sed utinam saltem æsonans saculo nostro remansisset, planè in ferrum, & non quidem purum ferrum, sed ferrum fictili luto mixtum, ætas nostra degeneravit infelicissima, non tantum instar ferri in malo indurata, sed etiam lutosus, & impuris passim hæresum doctrinis depravata, & maculata, &c. Dum ergo pedes statuæ Monarchiæ in Imperio nostro Romano, luto & ferro inter se non tam commixti, quam divisi sint, quid nisi proxima ejus expectari ruina poterit?

Quidni ergo cum Propheta exclamer plangens Ecclesia:

Thren. c.
4. v. 1.
Glossa
Moral.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Per aurum, quod est inter metalla pretiosius, charitas significatur, quæ tanta fuit in Ecclesia primitiva, quod multitudinis credentium erat cor unum, & anima una; sed quantum sit immutata, per guerras mortales inter Christianorum principes demonstratur. Mutatus est color optimus. Exterioris conversationis, in qua relucebat maturitas, & honestas; sed nunc serè in omni statu apparet dissolutio, & inhonestas. Dispersi sunt lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum. Lapidés Sanctuarij, Patriarchæ & Prophete (ait Interlinearis)

Gloss.
Interl.

Sacerdotes Christi, Monachi, Virgines, virtutes dispersi sunt in capite platearum. Platea (uti bene annotat ordinaria) græcè à latitudine dicitur, lata enim & spatiosa via, aquæ ducit ad mortem. In capite ergo omnium platearum, & latitudine dissolutæ vitæ, dispersi sunt lapides Sanctuarij, Sacerdotes, Monachi, & Virgines Deo sacratæ in infelici præterito sæculo, dum ad concupiscentiam mundanæ vitæ, è claustris erumpentes, Monasticæ simul professioni, ac Ecclesiæ Romanæ se subdixerunt; & sic Germaniæ, imò & Angliæ, Galliæ, Sueciæ, Daniæ, Belgij, aliarumq; amplissimarum Provinciarum bases, fictiles comparere cœperunt. Filii Sion in chlyti, & amici auro primo, quomodo repu-
rati sunt in vasa testea, opus manuum
figuli, dispersi per varia doctrinarum, & articulorum schismata, in capite omnium platearum, conterendi tanquam vas figuli in die furoris Domini.

Glossa
Oni
Mat. 7.
v. 13.

Lapides
dispersi

Thren. 4
v. 21

V.
Sap. 15.
v. 10.

Et quoniam erat luto vilior vita ejus, ejus scilicet, qui huic schismati fecit initium, seque novæ fictilis Ecclesiæ basem fecit, hinc est, quod nova hæc fictilis Ecclesia, non supra Petram, sed lutum ædificata & fundata, stæbilis esse non possit; propterea instabilis facta est, de errore in errorem migrans, & ita in articulis suæ fidei vacillans, ut non

non

non modò moderna hetherodoxorum fides prioribus annis, & fundatoris sui menti non ampliùs correspondeat, sed neque ullus locus provincia, vel civitas cum altera, in omnibus fidei, seu, veriùs, sectæ suæ articulis conveniat, sed non stans in inconstantia stabilis permanere nesciat: prout in Concione 1. Pent. fusiùs remonstratum est.

Et hæc potissima ratio est, quòd ipsam etiam Imperium Romanum in ferrea, & indomabili sua fortitudine stabili non possit persistere, quia (uti in mirabili illa statua figuratum fuerat) habet pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum divisum erit. Quòd hodie impletum est (ait Glossa interlinearis) sicut enim in principio, Romano imperio nihil fortius fuit, aut durius, ita in fine nihil debilius. Neque etiam à sui principio unquam debilius & instabilius visum est, quàm nostrà modernâ, & infelici atate. Hæc autem instabilitas, & debilitas unde, nisi ex divisione provenit? quia nempe Bases, & Principes Monarchiæ Romanæ in fidem ferream, & testeam divisi sunt. Fides ferrea, stabilis, & indomabilis est fides Romanæ Ecclesiæ, cuius nec ungula quidem in articulis fidei per tot hæreticorum ictus, & impulsus conteri potuit; fides testea, & lutea, est fides quævis hetherodoxa, quæ

ab ipsis suis fictoribus & figulis tanquam lutum in aliam formam pro libitu effingitur, & à ferrea Romanæ fidei stabilitate tanquam testa conteritur. sed per hoc, Romanum Imperium indies debilius cernitur, quia pars lutea ferro, & ferrum mixtum testæ nunquam sibi adhærebunt. Quia vidisti ferrum mixtum testæ, ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi: Sicut ferrum misceri non potest testæ. Commiscentur quidem humano semine, sanguine, cognatione, & affinitate, copulantur Imperij proceres Catholici Catholicis; & junguntur fæderibus, & commiscentur mutuis amicitiiis, non tamen sibi adhærent ex sincero corde, nec adhære unquam poterunt, quàm diu pars una testea, & altera erit ferrea; non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. Sed corda (licet externâ formâ politicâ, & ob Interesse aliquod statisticum sibi unita, & confœderata) semper manebunt divisa, regnum autem divisum, forte & stabile esse non potest. Peccatum peccavit Jerusalem; Peccatum infidelitatis, (notat Interlinearis) peccatum infidelitatis, inquam, peccavit Monarchia nostra ferrea, propterea instabilis facta est, & dispersi sunt lapides in scissione Religionis.

Propterea Monarchia Romana

Quia ex ferro, & luto constat,

Ex diversis Religionibus.

Glossa Interl.

I V

na

Can. c.
2. v. 41.

Glossa
Interl.

Romanum
Imperium
debilissimum.

S. Bonav.
in Thren.
hic.

na facta est instabilis in genere politico, sed instabilior in ipso genere moris, de auro charitatis ad ferrum usque, & lutum degenerans. Obscuratum est aurum; In auro obscurato (docet Seraphicus) subversio sanctitatis intelligitur; Mutatus est color optimus, in colore mutato, subversio honestatis; Dispersi sunt lapides sanctuarii, in dispersione, studium cupiditatis, & consequentis dissensionis; in capite omnium platearum: In platearum capite, exemplum perversitatis, facti sunt in vasa reſta, id est, lutea, & de carnalium solaciorum desiderio: Opus manuum figuli, id est, diaboli. Luto vilior vitæ, us. Hucusque Seraphicus: Qui si ad nostra usque tempora fuisset reservatus, adhuc altioribus utique suspiriis deficientem de anno in annum, de sæculo in sæculum Monachicæ nostræ statum deplorasset.

Joseph
Christus,

Missus à patre suo Joseph, Gen. 37. puerulus duodennis, & pastor gratiosissimus, ad visitandos fratres suos, qui oves pascebant in Sichimis, hinc illos recessisse audiens, invenit eos in Dothaim. Et hæc quidem in figuris contingebant, nam secundum Hugonis Cardinalis expositionem, Joseph, id est, Christus, semel missus est ad fratres suos visitandos corporaliter; Quotidie mittitur ad quosdam spiritualiter visitandos; Et hoc dupliciter; Interius per inspirationem, & exterius per prædi-

Hugo
Card. hic

Fideles
visitans.

cationem. Sed ubinam Christus cum suis prædicatoribus gregem suum pascentem invenit? In primitiva Ecclesia (respondet Hugo) grex Domini pascebatur in Sichem, id est, in patientia Martyrum, & labore Confessorum; Sed heu hodie male paschitur grex Domini, quia pastores recesserunt in Dothaim, id est, in desolationem virtutis, & scientiæ, laboris, & patientiæ. uno verbo, fidelium multitudo invenitur hodie in Dothaim. (concludit præfatus Expositor) id est, defectu omnis boni: Peccatum Peccavit, propterea instabilis facta est.

Invent
in defectu
omnis bo
ni.

Idem. v.
17.

Vatablus vertit: Propterea variè jactata est, ad instar scilicet naviculæ, quæ ventorum impetu, & procellarum assultu jactata de loco in locum fertur. Sic Ecclesia ob multitudinis fidelium peccata, justo Dei judicio jactatur & affligitur, variis persecutionum ventis & procellis, non tamen submergitur, stat enim inter mundi varietates, persecutionum procellas, & apostatantium turbationes immobilis in fide Ecclesia, nec mergi potest. Petri navicula, quantumvis fidelium aggravata peccatis, & sectariorum assultibus agitata. Neque propter hanc tranquillitatis instabilitatem contemnenda est Ecclesia, aut propter malorum vitam, ejus sanctitas in dubium vocanda, licet senescens à primo suo decore, & aurea

VII.

Ecclesia
jactatur,
non mergitur.

rea venustate, defecisse videatur: quam tot millium martyrum

Quicquid in hoc mundo est, sanguine rubicundam, & virgi-

instabilitati subjectum cernitur; num castissimam puritate candi-

maximè verò homo, vanitati dam. Sed paulatim crescenti-

similis, & instabilitatis simula- bus annis per sexdecim sæculo-

chrum: In iuventute flore scens, rum decursum, senescere vide-

calore nativo succrescente, de- tur mater, & contemptibilis fi-

pietam gerit in genis, & labiis- liis comparere. Sed monet sa-

rosa purpuram; vivaces oculi, piens, non contemnendam in se-

robusta manus & brachia, firmi- ne tute matrem nostram: Ne

pedes, capilli aurei, animos in- contemnas, cum senuerit, matrem tuam, v. 22.

su rapiunt amorem. Sed annis, Ecclesiam in tribulatione, explicat

& lustris sibi succedentibus, in- glòssa Interlinearis, cui con-

canitiam degenerant capilli, cordat Hugo Cardinalis. Mater

franguntur pedes, vires subtra- tua... spiritualis, id est, Ecclesia, quæ

hüntur lacertis; caligant oculi, jam nimis senuit. Est enim edentu-

dècolorantur genæ; os compa- la, non habens dentes; nisi purridos,

ret edentulum, frons rugosa; & confractos. Rugosa est; in simu-

& sic externa hominis facies, latoribus & dolosis; cum tamen dicat

successum temporis immutatur. Apostolus, Christus dilexit Ecclesiam, Ephes. 5.

Mirum tamen est; quod inter- & semetipsum tradidit pro ea; ut il-

has externas corporis varietate- lam sanctificaret; mundans eam la-

tes, stabilis semper in sua pulch- vacro aqua in verbo vita, ut exhiberet

ritudine maneat anima, non ipse sibi gloriosam Ecclesiam; non ha-

corporis curvitate flectenda, bentem maculam, aut rugam; in

non debilitate enervanda; non futuro; prout explicat Hugo.

canitie dedecoranda; non ru- Licet in presenti; & militanti

gis aut maculis dehonestanda; Ecclesia ruga & macula pecca-

non annis aut ætate frangenda; torum inveniuntur, quibus ta-

sed stabilis semper in suis viri- men ejus sanctitas non obscura-

bus; & decore perseverat, & c. tur; uti Cornelius optimè in

Mater nostra sancta, Roma- hunc passum observat, & S. Au-

na, & Apostolica Ecclesia, ex- gustinus fufius declarat in illum-

gentibus electa; & ab infideli- Psalmista locum: Peccatores in-

tatis lepra mundata; ita omni- tenderunt arcum, ut sagittent in obscu-

pulchritudinis genere exornata- ro (sive ut ipse vertit, in obscu-

est, ut merito Rex coelestis hu- ra lunam) rectos corde. Dum nempe

jus speciem adolescentulae con- Peccatores, id est, hæretici;

cupiverit; non tam Christi, Ecclesiam Catholicam; peccatis

Senescen- te corpore

Prov. c. 23 v. 22.

Ephes. 5. v. 27.

Vegeta manet anima.

Hugo Card. Ephes. hie

Ecclesia quomodo senuit?

Ps. 10. v. 32

S. August. hic

Sicut Luna, ex parte clara, ex parte obscura.
Sanctitas & Veritas tamen manet.

carnalium hominum, quos multos continet, conatur arguere, sed frustra. Nam si illi maculas & rugas observant in Ecclesia, cur non & splendorem sanctitatis, qui omnimodè nunquam obduci potest à magno licet carnaliū numero, & licet Ecclesia velut instabilis luna modò majorem, modò minorem exhibeat lucem in fidelium conversatione instabili, stabilis tamen semper ipsa, & pulchra in doctrinæ puritate, quæ est sine ruga, & macula. Sicut enim in corpore senescente, vegeta semper & incorrupta manet anima, nullis morborum indispositionibus corrumpenda, sic inter depravatos quorundam fidelium mores, incorruptus tamen in Ecclesia manet spiritus veritatis & sanctitatis, &c. Ne contempnas ergo, cum senuerit, mater tua, quæ vegetum adhuc habet spiritum veritatis, & sanctitatis, neque

rugam errorum hæresum unquam contraxit. Et quamvis fidelium multitudo peccatum peccaverit, & instabilis facta sit, ut Luna, stabilis tamen Ecclesia permanet in fide: Et permanet cum sole, & ante lunam.

Psal. 71.
v. 5.

Cum senescente ergo matre nostra permaneamus & nos stabiles in fide, cum sole, & ante lunam, cum sole iustitiæ, id est, cum Christo, exponit Hugo, & ante lunam, id est, Beatam Virginem, ante quam permanet, qui eam continè colit, & veneratur. Cū Christo igitur sole, & luna Virgine permanentes, ac in eorum devotione perseverantes, in omni bono stabiliemur, ut deum ad triumphantis Ecclesiæ gremium recepti, & in gratia confirmati, aternis gaudiis sine instabilitatis metu, & periculo perfruamur,
 Amen.

Hugo
Card. hic



DISCUR-



DISCVRSVS XVI.

Heth.

Peccatum peccavit Ierusalem, propterea instabilis facta est. *Thren. i. v. 8.*

DE ANIMA.

Anima à Deo per peccatum recedens, instabilis, & inquieta est in concupiscentiis suis.

AD firmum, & stabile ædificium, firmum ac stabile requiritur fundamentum, quoniam domum suam contra descendentes pluvias, irruentes, fluvios, & turbines firmam esse desiderat, supra petram ædificet, necesse est: Non contra fluminum, & ventorum impetus satis munita erit domus, ædificata super arenam. Domum, Hugo Cardinalis intelligit *Conscientiam*, quæ firma erit, inter quosvis turbinum, &urbationum impetus, ædificata supra petram: *Petra autem erat Christus.* Stultus autem est, qui ædificavit domum suam super arenam, id est, domum conscientie stabilivit in virtus, quæ significantur in arena, sunt peccata, quæ sterilis est, & fluida; ait Hugo. *cata.*

Talis ergo domus firma esse non poterit, sed omnino instabilis, fundata super arenam: Peccatum peccavit Ierusalem, propterea instabilis facta est per diversa vitia, glossatur Interlinearis. Cum enim descendit pluvia, concupiscentia, dicit Hugo, & veniunt flumina, abundantia temporalium, & flant venti adulationum, vel minarum, instabilis mox ruit conscientie domus & firma sibi consistere nec in bono, nec in consolatione, aut interna quiete potest, fundata quippe super arenam. Peccatrici animæ instabilitatem.

R. 2.

tatem

A Deo a- ratem si indagare fundamenta-
visu liter velimus, ex jam dictis fa-
 ctis colligemus, eam maximè
 inde provenire, quòd anima à
 solida & immobili petra, nem-
 pe Deo suo, se avellens, ad va-
 riabilem & inconstantem are-
Stabilis nam creaturarum se convertat,
esse non in quibus anima (jam seipsa
potest. instabilis) stabiliter se fundare
 nequit. Fixa ergo, & stabilis
 anima non est, quæ in Deo fun-
 data non est, cui meritò accla-
 mat Propheta regius; *Diligam*
Pfal. 17. *te Domine fortitudo mea, Dominus*
v. 1. *firmamentum meum, & refugium*
meum: hoc est: Domine, qui me
S. August *firmasti, quia refugi ad te,* ait Au-
hic. *gustinus. Ipse enim Deus est,*
 qui solus firmare instabilem hu-
Peccator *mani cordis rotam potest, quæ*
instabilis. *semper instabilis concupiscen-*
 tiarum afflatu in orbem agitur,
 haud secus, quàm alæ exten-
 tæ molendini ventis agitari soliti.
 Quemadmodum autem venti
Sicut mo- *valde instabiles, stabiliter flare*
lendinum *non solent, sed quiescente uno,*
venti. *succedit alius, alæque exten-*
 tas molendini, tanquam turgi-
 dum velum in partes contrarias
 agit, & sic ad omnes captandos
 ventorum favores molendinum
 circumagitur, & volvitur, sic
 etiam, quia passionum venti
 sunt instabiles, & modò irasci-
 bile ab aquilone, modò concu-
 piscibile à meridie, modò timor
 ab occidente, amor ab oriente

perflat, hinc est, quòd peccatrix
 anima instabilis omnino sit,
 quamdiu cor suum tanquam ex-
 tentas molendini alas hisce ven-
 tis explicatum exponit, quia
 firmatum in Deo non est, nec in
 eo firmari potest, quamdiu pas-
 sionum & vanitatum tumultuo-
 sis ventis exponitur.

Hinc etiam instabiles animæ
 peccatrices bene *Nubes sine aqua*

dici possunt, *quæ à ventis circum-*

feruntur, nam sicut nubes nullo

aquarum pondere gravida, sed

raro tantum aère, & vapore di-

stenta, à quovis vento facile

moventur, motæ circumferun-

tur, ita non solum hæretici soli-

da veritatis aqua destituti de er-

rore in errorem, sed etiam quæ-

libet peccatrices animæ à stabi-

liente divina gratia vacuæ, quo-

vis vento passionis & vanitatis

à peccato in peccatū, de concu-

piscencia in concupiscentiã cir-

cumferuntur, & agitantur tan-

quæ *fluctus feri maris,* qui ventorū

impetu comoti, montium instar

elevantur, mox supervenientib⁹

aliis deprimuntur, ita ut pro-

cellâ procellam identidem tru-

dente spumantes demum fluctus

in littore frangantur. Haud secus

passionum ventis excitata vitia

despumare incipiunt, ut gula lu-

xuriam, luxuria acediam, super-

bia avaritiam, avaritia iram, ira

invidiam, tanquam procella pro-

cellam truat, & animum insta-

bilem

III.

Epist. Iur. da. v. 11.

Sicut nu- bes sine a- qua

Fluctus feri maris

bilem perpetuo motu exagitet; ut amor concupiscentiam, concupiscentia spem, spes audaciã, timor tristitiã, tristitia iram, ira odium, & desperationem excitet, & tanquam fluctus feri maris se invicem, despumantes, trudent, trudento obruant, turbent, & inquietent.

Bone Deus quanta in tali anima instabilitas, conturbatio & inquietudo! Nonne Impij quasi

Impius mare fervens.

mare fervens, quod quiescere non potest? impij enim (observat Hugo)

Isa. 37. v. 20.

sunt furore & rabie crudelitatis fervidi; rixis amari, sicut mare salsum

Hugo Card. hic

est; superbiã tumidi; invidiã lividi; luxuriã spumidi; fraude malitiã obscuro; per inconstantiam fluidi. Uno

Iob. c. 41 v. 12.

verbo: Mare hoc quiescere non potest: sed semper fervet, ait

Hugo ubi sup.

Hugo: nam teste Job: Fervescere faciet, quasi ollam, profundum maris: id est, mentem hominis: uti memoratus expositor explicat. Et

Isa. sup.

redundant fluctus eius in conculcationem, (propriam, addit Hugo) & lutum. Mens enim hominis peccatoris instabilis, fluctibus æstuans, quasi aqua luto turbida, interna pacis dilucidam quietem amittit: Non est pax impijs, dicit

Ludus dæmonum.

Dominus Deus: Non est quies, non est stabilitas animi perverfis; cum quibus maligni spiritus ludos suos exercent. Ludus est

S. Greg. 33. moral

dæmonum (testatur Gregorius)

Sunt cum trochis.

cum vagas & instabiles animas de vitio rotant in vitium. Sicut pueri ludos suos cum trochis habent,

quos itentidem in gyrum, & rotam agunt, sic dæmones instabiles animas rotant, de vitio in vitium, de turbatione in turbationem, de passione in passionem. Pulchrè Gregorius Nazianzenus: Idem nobis accidit, quod trochis, quos in orbem volvi, non autem progredi videmus, atque immotè ut sic loquar, & impulsos rotari:

Hic ergo ludus est dæmonum, rotare, gyrare pauperulas animas: Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est, velut trochus, velut fluctus maris, velut nubes sine aqua, & sicut sidera errantia, ut cum S. Juda Apostolo loquar.

Novimus siderum, & stellarum alias esse fixas, erratiles alias: Septem erratiles numerantur, septem scilicet planetæ. Interim tamen licet hi planetæ circa Zodiaci signa moveantur, & quasi oberrent, nihilominus ita regulato & constanti cursu moventur, ut homines perverfi, & instabiles, planetarum nomine vocari non mereantur; bene Cajetanus per hæc errantia sidera, non planetas cœlestes, sed meteora, & exhalationes igneas intelligit, quas Aristoteles vocat stellas discurrentes in aëre, quæ nullum constantem habent motum, & consumptis per ignem vaporibus & exhalationibus, moveri, lucere, & esse desinunt.

Vapores & exhalationes no-

R 3

xix

S. Greg. Nanz.

Orat. 7.

IV.

Stella erratiles.

Ignis factus.

xia sunt concupiscentia, quae in anima peccatrice accensa, ex ea meteorum igneum, & ignem fatuum, & erraticum efficiunt, qui vago & instabili motu circumagitur, & ipsam etiam animam, instabilitate motam, accendit, & febriles in ea alterationes commover.

Febris, ut in homine morbus frequens, ira instabilis est, diversis humorum alterationibus variabilis; hinc est, quod febricitans frigore tertianae concussus, mox caloribus inflammetur, quibus exaestuans siti inustata affligitur, nunc aquam, nunc vinum, nunc cerevisiam appetens, nunquam tamen satietandus, affuso autem vino magis succendendus. Inter hos exaestuantis febris calores, delirare incipit febricitans instar phraeneticus fremere. Sedatis paulatim caloribus, ex paroxismo respirat aeger, & propitio altero illucescente die, aestuantes febriliu procellaru moro sedantur; sed nulla stabilitas: benigniori enim diei mox succedit. Chryticus, duplicatis agrum frigoris, & caloris alternis alterationibus concutiens.

Luc. 4.
v. 38.

Lyranus.
hic.

Ejusmodi febrili, & vehementi quidem alteratione affligebatur socrus decrepita D. Petri: Tenebatur magnis febribus. Sed (si ad moralem doctrinam progredi libet) quam hanc senicula febricitans?

Persona iracundia calore, & febrile concupiscentia laborans. respondet i. a. c. 7. Lyran. O infelix febricitans! O instabilis affectus! In quo alternis diebus alterni sibi paroxysmi succedunt; licet una forte die iracundiae, vel concupiscentiae motus quievissae aestimetur, mox novi superveniunt paroxysmi, & concertatio inter irascibile & concupiscibile, quibus anima peccatrix & instabilis aestuat, sitiens sed sitim extinguere non valens, subinde fatuo hoc igne modice suppresso, frigore concutitur anima, & amor & concupiscentia, erga illam, quam amaverat, personam, refrigescit, sed mox alius accenditur febrilis aestus erga aliam, & aliam creaturam; ut sic ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, & rursus a calore nimio ad frigus, tenetur enim magnis febribus peccatrix anima, quae dum peccatum peccavit, instabilis facta est, & propriae instabilitatis motu concessa, quietem non invenit & instar febricitantis, de frigore in calorem, de calore in frigus versatur, & volvitur, quietem quaesitura, quam tamen invenire inter variantes creaturarum inconstantium amores nequit.

Quod etiam probe observat Cornelius: Peccator post peccatum voluptatem habitam fastidit, & aliam querit, quam cum paulo post evanescit.

Peccator desideria, & fastidia variat.

dam videt, pari modo fastidit: & ita ad aliam semper abit, eritio amans, mox nauseans; sicque inter alternantia desideria & fastidia, quibus continuo jactatur, miser vagatur, & oberrat, quærens requiem, & non inveniens. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est, à Deo, firmamento, & centro suo recedens.

Prov. c. 2. o

Non parum arguit Regum sapientissimus eos, qui ex animi instabilitate locum, sedem, & domicilium mutare consueverunt. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir, qui dereliquit locum suum. Quietior nusquam, nusquam securior avis est, quam in nido suo, nam mox, ut è nido suo migrans, vagabunda inter frondium umbras, de ramo ad ramum saltitat, & dulci se modulatione exhilarans, ad inferiora migrat, aucupum retibus, & laqueis innodatur, aut escas, muscæque venatura fatali globulo traicitur. Haud minori se periculo & infernalium aucupum insidiis se exponit anima instabilis, pro captandis vanitatum muscæ nidum, & locum suum (ubi securè quiescebat) deferens.

Avis secura in nido.

Exterius obnoxia laqueis.

Blosius Instit.

Spir: c. 5.

Locum naturalis

Sed quisnam animæ nidulus & locus naturalis? Egregiè & breviter huic quæstioni occurrat devotus Ludovicus Blosius, naturalis locus animæ, Deus, in quo solo illa quiescere potest. Commu-

ne Physicorum axioma est, quòd locus conservat locatum, & omnia corpora naturalia, maximè simplicia, scilicet Elementa in naturali suo loco æquè conservantur, ac quiescunt. Ignis in naturali sua sphaera & loco, sub concavo lunæ, quietus non solum subsistit, nullum esuriens alimentum, sed etiam securus conservatur, nullatenus aut in colore, aut splendore diminuendus, aut extinguendus. Sed mox ut ignis, ad inferiora demissus, sphaeram suam deserit, jam inquietus, & instabilis, vicina quæque depascit, omnia in cineres redigit, inquietudine suâ ita hominibus odiosus, ut hi erumpentibus Hammis copiosâ aquarum affusione suppressendis, & extinguendis studiosè invigilent.

Locus conservat locatum.

Ignis in sua sphaera quietus

Aër in sua sphaera & regione, quietus & incorruptus, cum subterraneis recessibus includitur, vel corrumpatur vel ipse violento terræ motus impetu erumpat, necesse est. Aqua loco, & naturali fluxu suo gaudens, quieto cursu ad mare devolvitur, sed obstaculis à fluxu suo naturali præpedita, pontes, & mœnia subvertit. Terra in centro suo immobilis stabilis & quieta, si in sublimè violentè tollatur, magno fragore ad centrum suum recidens, obvia quæque conterit, & confringit: præterquam quòd

Sic & aër

Aqua;

exha-

Terra in suo centro stabili.
 exhalationes terra à solis calore extra suam sphaeram & in secundam aëris regionem sublevata, & cum humidis, & frigidis nubibus collisa, formidādos turbines, & tempestates excitent, violentā tonitruorum & fulminum concussione in terram deijciendā. Ut verbo ab solvam, Elementa omnia extra naturalem locum suum inquietant, & ad interitum prona, ea tamen in naturalibus suis sphaeris & centrīs locata, locus conservat.

VI.

Anima in Deo quiescens.

Naturalis animæ locus (uti audivimus) Deus est, quamdiu in hoc suo nidulo, & loco se continet anima, secunda, & quietā subsistit, nam locus conservat locatum; Quatuor primariae passionēs, scilicet ira, concupiscentia, tristitia, gaudium, tanquam quatuor elementa, nullis inter se miscentur conflictibus, sed tanquam in centro suo, & naturali loco, stabiliter tranquillitate conservantur, quamdiu anima manet naturali suo loco, nempe Deo affixa.

Non sentit motus passionum.

Deo est medicus.

At quā primū cum passionibus suis de naturali loco (Deo suo) recedit anima, mox ignis iracundiæ succensus, depascit animā splendorem, rationem obscurat; terrea melancholia tristitiā, mixta humore colerico, tempestates excitat, & rixas. Illicite concupiscentiā & voracitates, honestatis limites &

terminos violento impetu everunt, hinc inde incerto se cursu effundunt, & inani spe interclusus gaudiorum aër erumpit, totūque naturā ordinem, & internam animæ quietē ita perturbat, ut instabilis facta, merito deplorare debeat, quod sicut avis de loco suo migraverit: *Ceperunt me, quasi avem, id est, instabilem;* glossatur Cardinalis à S. Caro. Dum, velut avis instabilis, passionum mearum, & concupiscentiarum levitate de nido & loco, Deo suo, avolavi; peccatum peccavit Jerusalem propterea instabilis facta est.

Melius ergo cum patiente Job anima firmiter loco & nidulo suo naturali adherere proponit: *In nidulo meo moriar.* Nidus enim proprius & locus animæ est Deus; Mihi autem adherere Deo bonum est: In isto nidulo & loco, quietē agit anima. In nidulo in tranquillitate pacis (exponit Interlinearis) moriar.

In nidulo suo avis secunda est, quem tamen non in quovis loco, non in quavis arborum fronde, sed in loco inaccessibili, & firmo ponere debet. Peccatores in quovis pariete, aut trabē, sicut hirundo, ex luto sibi faciunt nidum, qui habitant domos luteas. Domus autem luteas inhabitant (subnectit glossa moralis) qui terrenis negotiis, ad peccandum indu-

inducunt.

Domus lutea sunt voluptas. Jerem. c. 2. v. 10.
 inducentibus, vacant. Clarius Hugo : Domum luteam habitant, avarus, gulosus, luxuriosus, quibus dicitur Apoc. 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Væ hominibus, qui alaudarum, & coturnicum more habitant in terra, & in terra ponunt nidum suum : vel in quovis ligno frondoso nidificant, & locum suum ponunt, in quos per Jeremiam invehitur Deus : Sub omni ligno frondoso, & prosperitatis umbra, tu prosternebaris meretrix. Non enim hi in loco securo, & stabili ponunt nidum suum, facile ab infernalibus venatoribus disturbandi, aut capiendi : venatione ceperunt me quasi avem, instabilem.

Aquila in petris nidificat. Job c. 39. v. 30.
 Qui ergo securus esse volent, & stabilis, in firmiori & altiori loco nidum ponat, sicut aquila : Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum ; in petris manet, & in præruptu silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Hic utique secura habitat aquila, inaccessa tuto nido, & loco. Moraliter aquila sublevatur, quando vir ingeniosus ad Dei contemplationem sublevatur, ait glossa moralis : & in arduis ponit nidum suum, quando ejus amore firmatur. In petris & inaccessis rupibus manet.

Glossa Moral.
 VIII. In hisce petris, & rupibus illa nidificabat columba, quam vocat cœlestis sponsus : Veni : Columba mea in foraminibus petrae, P. Franc. Iosephi Op. IV.

in caverna macerie. Hugo hic set hic non notari terminum quo sed ad quem, ac idem esse, ac si sponsus dicat : Veni in foramina petrae. Idem sentire videtur Origenes : Addit hoc, ut ostenderet ei locum, ad quem venire debet. Nempe in foramina petrae, in iis stabilem inventura locum. Per foramina petrae intelligit glossa Interlinearis cum aliis expositoribus manuum & pedum Christi, per cavernam macerie vulnus lateris : Petra autem dicitur Christus, qui est stabile fundamentum. O Anima si stabilis esse desideras, stabile require fundamentum in Petra, ibi nidifica, nempe in vulneribus Christi, qui est stabile fundamentum. In foraminibus pedum nidificat (uti Hugo testatur) qui pie & devotè pro amore & honore ejus pedes suos sanctis gressibus peregrinando, sive aliter ambulando exercet... Item qui pedes veteris sui hominis (id est, affectus) in cruce penitentiæ vel disciplina configunt clavo timoris, & clavo amoris. In manibus... Similiter in foraminibus manuum eius nidificant, qui opera manuum ejus tam creationis, quam recreationis piâ fide, & congrua devotione recognoscunt ; Item qui manus suas propter ipsum largitate piâ, & largâ pietate perforant. Item qui similia Christo, pati & facere pro honore ejus, & salute fratrum parati sunt. Similiter expone de caverna macerie, concludit

Origenes hic.

Sic & columba in foraminibus petrae

Petra & fundamentum

Christus.

Glossa Interl.

Quid sit nidificare

Hugo hic

In pedibus Christi

Sti

In manibus

In manibus

In manibus

In manibus

S

dit

dit Hugo, in hac nidificare videtur, anima, quæ contemplationis & amoris vi, se totam in amorosum Christi cor, & apertum latus recondidit. Felix igitur anima, quæ hunc sibi nidum & locum stabilem invenit, nullis instabilitatis varietatibus, & inquietis motibus obnoxia: *In nidulo meo moriar.*

Huc ergo veni, huc vola anima instabilis, quæ hæcenus in domibus luteis terrenorum affectuum, & in ligno frondoso sensualium deliciarum instabilis nidificasti, lascivis saltibus de voluptate in voluptatem, de peccato in peccatum transiliens, quia nusquam in iis stabilitatem

invenire potuisti. Quomodo enim cor hominis instabile, & insatiabile, in creatura vana & instabili stabilitatem habere potest? Quomodo non cor instabile, mille exæstantium desideriorum inquietudinibus agitari necesse est? veni ergo columba mea, sicut avis transmigra de nido tuo luteo, frondoso vano & instabili, & in foraminibus Petræ nidifica, in Christi vulneribus, tanquam stabili fundamento, & eris stabilis, firma, & quieta; stabilis in gratia, imperturbabilis in gloria, & gaudiis æternitatis,
Amen.



DISCURSUS